Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- ☐ Coloured covers/ Couverture de couleur
- ☐ Covers damaged/ Couverture endommagée
- ☐ Covers restored and/or laminated/ Couverture restaurée et/ou pelliculée
- ☐ Cover title missing/ Le titre de couverture manque
- ☐ Coloured maps/ Cartes géographiques en couleur
- ☐ Coloured ink (i.e. other than blue or black)/ Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- ☐ Coloured plates and/or illustrations/ Planches et/ou illustrations en couleur
- ☑ Bound with other material/ Relié avec d'autres documents
- ☐ Tight binding may cause shadows or distortion along interior margin/ La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la distorsion le long de la marge intérieure
- ☐ Blank leaves added during restoration may appear within the text. Whenever possible, these have been omitted from filming/ Il se peut que certaines pages blanches ajoutées lors d'une restauration apparaissent dans le texte, mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont pas été filmées.
- ☐ Additional comments:/ Commentaires supplémentaires:

- ☐ Coloured pages/ Pages de couleur
- ☐ Pages damaged/ Pages endommagées
- ☐ Pages restored and/or laminated/ Pages restaurées et/ou pelliculées
- ☑ Pages discoloured, stained or foxed/ Pages décolorées, tachetées ou piquées
- ☐ Pages detached/ Pages détachées
- ☑ Showthrough/ Transparence
- ☐ Quality of print varies/ Qualité inégale de l'impression
- ☐ Includes supplementary material/ Comprend du matériel supplémentaire
- ☐ Only edition available/ Seule édition disponible
- ☐ Pages wholly or partially obscured by errata slips, tissues, etc., have been refilmed to ensure the best possible image/ Les pages totalement ou partiellement obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure, etc., ont été filmées à nouveau de façon à obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	12X	14X	16X	18X	20X	22X	24X	26X ✓	28X	30X	32X

1856

CIRCULAIRE AU CLERGE.

ARCHEVÊCHÉ DE QUEBEC.
13 Décembre, 1856.

MESSIEURS,

En vous transmettant les questions pour les quatre conférences de l'année prochaine, je vous félicite bien cordialement du zèle qui s'est manifesté en général parmi vous dans l'examen de celles qui vous ont été proposées jusqu'ici. J'invite en même temps Messieurs les Présidents à m'adresser les procès-verbaux des assemblées, aussitôt que possible. De cette manière, le résumé des questions qui y auront été traitées pourra être rédigé et imprimé de bonne heure chaque année.

Je profite aussi de l'occasion pour faire parvenir à Messieurs les Curés la série de demandes qui doit servir de base, à l'avenir, au rapport annuel sur les paroisses; s'ils égaraient cette feuille, ils pourraient s'en procurer de nouvelles copies, en s'adressant au secrétariat de l'Archevêché.

Il y a encore plusieurs Curés qui ne m'ont pas envoyé ce rapport, pour l'année courante: je les prie de se rappeler qu'ils sont obligés de le faire, et de vouloir bien s'acquitter au plus tôt de ce devoir.

Recevez, Messieurs, l'assurance de ma considération.

✠ C. F. EVEQUE DE TLOA.

SUJETS DES CONFÉRENCES ECCLÉSIASTIQUES DU DIOCESE DE QUÉBEC, POUR L'ANNÉE 1857.

Conférence du mois de Janvier.

DE SECRETO CONFESSIONIS.

Parochus quidam sollicitâ conscientiâ exagitatur :

1° Quod sæpiùs in sacris concionibus morum quamdam suæ parœciæ pravitatem, licet per confessionem tantummodò notam, vehementer exprobaverit.

2° Quam per confessionem notam habuit morum perversitatem, eam sacerdotibus spiritualia exercitia in suâ parœciâ dantibus designavit oppugnandam.

3° Quum per confessionem agendi quamdam rationem per se innoxiam, in suâ tamen parœciâ sæpissime perniciosam esse compertum et exploratum habeat, eam sacris in orationibus, sub pœnâ absolutionis denegandæ, parentibus omnibus et magistris ne tolerarent omnino prohibuit.

Question secondaire.

DE LITURGIA.

Josephus Sacerdos, frequentibus mentis aberrationibus, captus non jejunus missam die festo inchoat. Introitu vix incepto, in se reversus, quo errore laboret animadvertit. Qua occasione quæritur :

1° *Quid illi faciendum, et utrum consultius sit missam continuare, præsertim si nullus alius sacerdos inveniatur ut audiendæ missæ præcepto populus satisfaciat ; vel potius omnibus, ad scandalum vitandum, se jejunum non esse declarare, et ab inceptâ missâ desistere ?*

2° *In quibus casibus liceat sacerdoti non jejuno missæ sacrificium offerre ?*

3° *Utrùm pulverem nicotianum naribus, vel fumum tabaci aspirare, vel tabacum masticare, jejunium præscriptum pro missa celebranda frangat ?*

Conférence du mois de Mai.

DE REGIMINE ANIMARUM.

Antonius parochus, fideles in societatem crucis adscribendo, illatam intemperantiâ perniciem omnem fere tollere potuerat ; sed accedentibus deinceps novis in dies infidelitatibus, pertimescit ne parœcia ad pristinam redeat intemperantiam. Hujus mali causam existimat duas præsertim familias, quæ in privatâ vitâ semper vino usæ sunt, et in magnis unoquoque anno conviviis, quæ suâ sibi conditione imponi contendunt, largiori potationi indulgent.

Quærit igitur parochus, an sub pœnâ absolutionis denegandæ exigere possit :

1° *Ut iidem patres-familiâs crucem accipiant ?*

2° *Vel potare saltem desinant ?*

3° *Vel tandem grandibus istis omnino abstineant conviviis, nisi absque vino epulari maluerint ?*

Question secondaire.

DE LITURGIA.

Quædam officia nuper a Stâ. Sede huic provinciæ concessa, ab Archiepiscopo ritè promulgata fuerunt, ac, ejusdem jussu, in Kalendario diœcesano apposita sunt.

Franciscus autem sacerdos adveniens apud Carolum parochum, amicum suum, quâdam die, quâ unum ex his officiis recitabat, volensque Missam concordantem cum suo officio celebrare, juxtà rubricas, ægre animadvertit hanc missam, sicut et cæteras correspondentes præfatis officiis, penitus deesse in Missali. Rem amicè exprobrat parocho. At hic respondet se non teneri recitare illa officia :

1° Quia illa non habet in Brevario suo ;

2° Quia nulla est obligatio illa recitandi, siquidem concessa tantum sunt, non vero præcepta.

Quærit igitur Franciscus :

1° *Quid sentiendum de opinione Caroli ?*

2° *An adsit obligatio recitandi prædicta officia in hac diœcesi, necne ?*

3° *Et quatenus affirmativè, an ab illa obligatione liberetur Carolus, propterea quod illa officia non reperiuntur in Breviario ejus.*

Conférence du mois d'Août.

DE OBLIGATIONE RESTITUENDI EX CONTRACTU.

Josephus de domo cedendâ cum Paulo paciscitur ; atque re voce peractâ, Paulus, quo præsentem interim pecuniam commodiùs invenire possit, ut apud notarium nonnisi posterâ die conveniatur, petit. Quam quidem summam, etsi immodico fenore, invenit. Interea Josephus Francisci majus offerentis pretium conditiones acceptat, atque omnia jurejurando, donec conficiatur instrumentum, confirmat. Cui fidens juramento Franciscus quamprimùm suam ipsius domum, quo pactam Josepho pecuniam exsolvat, viliori pretio vendit. Anxius indè Josephus quærit :

1° *Horum utri dandum sit instrumentum ?*

2° *An alterius damnum sit compensandum ?*

Question secondaire.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ UNCTIONIS.

Eusebius neo-sacerdos vocatus fuit, in absentia capellani, ut sacramentum extremæ-unctionis cuidam infirmo ministraret in nosocomio N.....Piæ autem moniales ibi deservientes, cum animadvertissent quod non easdem partes, quas ordinarius capellanus, unxisset, tum in auribus, tum in pedibus, ipsi, post peractam sacram functionem, quamdam admirationem, necnon dubitationem, ea de re patefecerunt. Inde stupens et anxius, adhuc expers Eusebius quærit :

1° *Qua ratione sacramentum extremæ-unctionis administrari debeat ?*

2° *An unctiones aurium et pedum sint de necessitate sacramenti ?*

3° *Quænam pars pedum et aurium inungi debeat ?*

Conférence du mois d'Octobre.

DE OBLIGATIONE RESTITUENDI EX TESTAMENTO.

Felix, homo tenuis censûs, testamento tamen olographo dimidiam partem bonorum legârat xenodochio, quartam vero aliam cuidam è familiaribus. At soror ejus, dum ille agonizaret, testamentum in ignem conjicit. Tùm Joannes, unicus Felicis filius, defuncti patris rerum solus cùm remaneat omnium possessor, nec tamen testamenti ignarus, quærit :

1° *An omnia retinere possit ?*

2° *Quantùm, si quid, amico patris sit restituendum xenodochioque quantum ?*

Question secondaire.

DE LITURGIA.

Johannes Baptisma parochus nullum alium calicem habens ut missæ sacrificium offerat quam non consecratum, in quo tamen Zephirinus antecessor suus, sive bona, sive mala fide, missam multocies celebraverat, eo tutâ conscientiâ utitur. Illis vero qui eum de consecrationis defectu monent, calicem ipsâ missæ celebratione fuisse consecratum, ita ut alia non indigeat consecratione, respondet. Igitur quæritur.

1° *Quid de hac opinione sentiendum ?*

2° *A quonam calicis consecratio fieri debeat ?*

3° *Utrùm simplex sacerdos ex episcopi delegatione id possit ?*